UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiqvae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqva monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Caput 17. De Nabuchonosor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64160

Visual Library

Caput 17.
De Nabuchonoſor.

ANno tertio Ioachim Nabuchodonoſor rex Ba-
byloniæ Iudæam capit & in ditionem ſuam re-
dactis plurimis Iudęorum, cum etiam partem va-
ſorũ templi inuaſit, & tributarium feciſſe Ioachim fertur,
victor ad patriam reuertitur. *I*ſrahel (quando Roma cō-
dita fuit) Azarias: & Manaim principabat an: *X*. poſtea
Vaceas annis *X*.

Cap. 18.
De captiuitate Troiæ.

ANno decimo à captiuitate *T*roiæ vſq; ad Olym-
piadem primã an: Ccccv. *P*rimã Olympiadem
AFRICANVS temporib⁹ Ioatham regis Hebræo- Iulius Africanus.
rũ fuiſſe ſcripſit. Poſt *c* Vagea in Iudæa prophetabat annis c, al. Vazea.
nouē. *T*unc a *S*anacherib Iſraëlitæ in captiuitatem ducti
ſunt. *d* Memorauimus ſub *e* Arifrone rege Aſſyriorum re- d. ſupra c. 14.
gnum deſtructum. *S*ardanapalus eo tempore Tarſum atq; e al. Afrone.
Ancealem condidit, & in prælio victus ab *A*rbace Medo
ſemet incendio concremauit. *P*rimus, vt ſupra memo-
rauimus, rex Macedonum Caſanus regnauit annis *X*viii.
Ægyptij regem ſuum Oſorton Herculem nominauerũt.
Phidon *A*rgiuus menſuras & pondera primus inuenit.

Macedonum Philippus regnauit annis *X*xxviii. Nu-
ma Pompilius duos menſes ad annum cōdidit, *I*anuarium
& Februarium; cum antehac menſes decem tantum a-
pud Romanos fuiſſent. Capitolium quoq; à fundamē-
tis ædificauit. Sibylla Sami a quæ & Herophila, in *S*amo
inſignis habetur. Numa *P*ompilius nullum cum finiti-
mis bellum geſſit. Olda mulier apud Hebræos pro-
phetabat. *P*oſtea *S*ophonias, Hieremias an-
nis Xxxii. Poſt quem Ioachim an:
*X*i. *P*oſt quem *S*edechi-
as *X*i.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN